sub uno extat· quia sunt dona spiritus [illegible] Quod
propheta aperte testatur· qui cum de incarnatione eius
domino loqueretur. Et requiescet inquid super eum spiritus domini· spiritus sapientiae
et intellectus spiritus consilii et fortitudinis spiritus scientiae et pietatis
et replebit eum spiritus timoris domini. Septena ergo uersuum retiacula
erant in capitello utroque· quia per utrumque testamentum per
gratiam unius eiusdemque spiritus formantur· ut quaerent electi· acce
perunt. Et ex se fecit columnas et duos ordines per circuitum
retiaculorum singulorum· ut tegerent capitella. Duo quidem
ordines erant retiaculorum in gyro capitelli· singulusque ordo·
septemplici uersuum numero currebat· donec circum acto ca
pitello rursum in se ipsum quasi circulo facto rediret. Haec figu
rae testamenti in libro dicto est· quare duo sint ordines retiaculorum·
cum constet geminae dilectionis esse uirtutem dilectionis· qua
uidelicet dominum ex toto corde· tota anima· tota uirtute· et proxi
mum tamquam nos ipsos amare praecipimur. Septenusque or do
ille· septem habebat uersuum retiacula· quia dilectionem utramque gratia spiritus
sancti· potest amorem· nec proximi nec mentem neque sibi tantum uere dicat·
quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris· non ex memet nostris· sed
per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ubi autem caritas· ibi profecto
et proximi· diffunditur in cordibus fidelium. Quoniam una sine
k' altera neque quemquam uel habere. Facta sunt autem retiacula
haec ut tegerent capitella; hoc est undique in gyro circumdarent;
quia omnis scripturae sacrae pagina cum recte intellegitur.
Gratiam per omnia caritatem sonat ac pacem. Capitella enim
uolumina diuinorum eloquiorum retiacula sunt uincula

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – [sine loco], codices restituti, Lyon, BM, 788, f. 87-88 + Paris, BNF, Baluze 270, f. 107-108.132-158, ParisBNFBaluze270_288_f136v – Bede, <i>De templo Salomonis</i>, annotated by Florus of Lyons (https://fragmentarium.ms/view/page/F-v2mv/426/6240)